*1896 p. 477; Wilcken Zeitschrift f. aeg. Sprache 35, 1897 p. 70 seq.); nomen certe Galli ab ea semper afuit; utrum ad Caesarem an ad praefectum Caesaris laudes illae referendae sint, dubitatur inter peritos. Aegyptiacis praescriptus est dies XX quarti mensis hiberni anni primi Caesaris, i. e. 15. Apr. a. u. c. 725; scilicet monumentum positum est anno primo praefecturae Galli, immo ipso primo anno imperii Romani in Aegypto.* — 1) *De Cornelio Gallo cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 448 n. 1111. Aegyptum rexit ab a. 725 ad a. 727 vel 728. De monumentis, quae sibi ipse in Aegypto posuit, Dio 53, 23: εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. Huius adrogantiae etiam hic titulus testis. Eum solo prostratum esse probabile est aut eo ipso anno quo Gallus ab irato Augusto ex Aegypto revocatus est, aut non multo postea, certe non post extructionem Caesarei, hoc enim apparet ex loco quo lapis repertus est, cf. Borchardt Jahrb. der preuss. Museen 1903 p. 77.* — 2) *Expeditionem Thebaicam Galli memorat Strabo 17 p. 819.* — 3) *Boresis ignota.* — 4) *Κεραμεική et Ὀφιῆον vici Thebarum, Διόσπολις μεγάλη ipsae Thebae (cf. Wilcken Ostr. p. 22. 713).* — 5) *Thebaidem regibus Aegypti semper formidini fuisse contendit scriptor.* — 6) tr[*iacontas*]choenundi *Momms. adhibito ectypo nec mutavit de Ricci, lectionem tamen incertam esse significans. De Triacontaschoeno cf. not. 7.* — 7) *Cf. Ptol. 4, 7, 32: μετὰ τὸν καταρράκτην τὸν μέγαν οἱ τὴν Τριακοντάσχοινον κατανεμόμενοι μεταξὺ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν καὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ; ib. 1, 9, 9. Dittenberger Orient. inscr. 111: αἱ ἐν τῇ Τριακονταςχοίνῳ πόλεις.* — 8) *μιᾶς obscurum.*

---

8996 . . . . . .[1] | praefectus Aegypt[*i, et*] | Terentia A. f. mater[2] eiu[*s, et*] | Cosconia Lentulií *(sic)* Malug[*inensis f.*][3] | Gallitta uxor eius, ae[*dificiis*] | emptis et ad solum de[*iectis*] | balneum cum omn[*i ornatu* | *Volsiniens*]ibus ded[*erunt* | *ob publ*]ica co[*mmoda*].

*Volsiniis (Bolsenae) rep., est Florentiae (XI 7283 vidit Bormann; Notizie degli scavi 1903 p. 366, 1906 p. 89). Tractavit Cichorius Herm. 39, 1904 p. 461 seq.; cf. etiam Cantarelli bull. comunale 1904 p. 147, prefetti di Egitto I (Accad. Lincei 1906) p. 23.* — 1) *Periisse nomen L. Seii Strabonis, origine Volsiniensis (Tac. a. 4, 1. 6, 8), cui Volsiniis positus est etiam titulus fractus XI 2707, viderunt Cichorius et Cantarelli.* — 2) *Fortasse soror A. Terentii Varronis Murenae, consulis a. u. c. 731.* — 3) *Lentulus Maluginensis consul fuit anno p. Chr. 10; eius patrem hic significari putat Cichorius.*

---

8997 Q. Rammio | Martiali | praef. Aeg.[1], | A. Rutilius Cilo | opt. specul.[2] | o. m.[3]

*Prope Alexandriam rep. (III 14137, 1 descr. Botti).* — 1) *Praefectus Aegypti fuit a. 117. 118. 119, cf. C. I. Gr. 4713. 4713 f., Wilcken Herm. 37, 1902 p. 86, Oxyrhynch. pap. n. 1023* (*vol. VII p. 152*). *Idem antea praefectus vigilum, cf. supra N. 2161.* — 2) *Optio speculatorum.* — 3) *Optime merito* (*vel* : *ob merita*).

---

8998 T. Longa[*e*]o[1] Rufo | praef. Aeg.[2], praef. praet. | eminentissimo viro, | T. Voconius A. f. praef. | leg. II Tr. Fort. G.[3]

*Alexandriae rep. (III S. 14137 descr. Botti).* — 1) Longato *traditur.* — 2) *Praefectus Aegypti fuit a. 184. 185, testibus papyris Urk. Berl. Mus. 807, Oxyrh. pap. II p. 141 seq., Amherst papyri n. LXXIX. CVII. CVIII.* — 3) *Praefectus legionis secundae Traianae fortis Germanicae (cf. N. 2345).*

archive.org